 le r̄ stridor dentiū pares tibi reddūt r̄ culturā. Itē aug. in ser.  
 Mens humana mundi huius illecebis qcupiscētiis deuicta:  
 fugit labore expedit voluptatē r̄ vir ad hec deducit: vt a se vi  
 te prioris qsluetudinē excludat. si tñ incepit cogitare futuri in  
 dicii necessitatē ac penaꝝ eternaliū crudelitatē: voluntariū  
 bellū inducit passionibus mota vel spe pīmī vel timore sup  
 plīciū vim facit pīstīnis desideriis r̄ violēter ipsa semetipām  
 vincere oīedit. Ideo dī abacū. iii. Ingrediat̄ putredo in ossi  
 bus meis r̄ subter me scateat tpevidelz vite pītis: vt reqescā  
 in die tribulationis. Ecce q̄ fructuosaz salubris est meditatio  
 pene infernaliz. Quare scribit̄ in psal. Cōuertant pītōres ī in  
 fernū. hoc est p̄ meditationes illuc se trāfferāt viuētes ne post  
 modū ibi tendant ppetue moriētes. Et q̄ bñ dī dan. xxx. Bea  
 tus q̄ intueris abyssos videlz p̄ otinuā r̄ iugē memorīa eterne  
 qteplationis tormenta infernalia cordialiter intuendo. Pat̄  
 ergo sufficiēter p̄ pdicta: q̄ multiplex r̄ varia est infernaliz pe  
 na: r̄ q̄ utilis r̄ pīcua est ipsius memoria.  
 Quartum nouissimorum de celesti gloria.

q. **H**artum nouissimorum qđ valde et p̄cipue debet hoīes a  
pctis retrahere est gloria celestis. Nam si homo se refre-  
nat ab homicidio vel consimili opere criminoso ne perdat tē-  
poralia: q̄t omagis se debet coarcere ab omni actu illicito ne  
amittat gaudia sempiterna. **Vñ** aug. in li. confessionum. **E**t  
gaudiu quod nō dat impiis: s̄z eis qui te gratis colunt. quorum  
gaudiu tu ipse es. **E**t ergo scribit. i. ad cor. vi. In i. qui regnuz  
dei nō possidebunt. imo cum maxima confusione repellentur  
ab eodem. sicut goliardi nebulon es vilissimi indignater repel-  
li solent ab imperatoris curia ne illuc sedeant cum regibus et  
principibus in tā exellenti z solēni mensa. **D**icit enī calodo.  
Sup illud spal. Expelle eos qm̄ irritauerunt te dñe. hic dicim⁹  
q̄ tantū vnuquisqz a deitate repellitur: q̄tū eius pctā cumu-  
lan. Quantitas enī delicti: mensura est repudii. Nunquid er-  
go quilibet pctā vitabit et tanq̄ mortiferū celeri⁹ abhorrebit:  
qui p̄ hec celeste gaudiū eternaliter se nouerit amissurū? De  
hac aut̄ incōprehēsibili gloria ego paup̄ ingenio quid loq̄ndo  
pperā? **S**i enī oculus nō vidit nec auris audiret nec in cor ho-  
minis ascendit q̄ deus p̄parauit diligentib⁹ se (sicut scribit. i.  
ad cor. ii.) de illis quid tūc referā? Certe quasi balbutiendo si-  
cut cecus natus disputas de colorib⁹ nō q̄ fidēs in sensu p̄prio  
s̄z multiplici sacrar. scripturar. testimonio paulisp̄ inde dicā.  
**E**t igit̄ breuit̄ notandū q̄ quavis in regno dei sūt valde mul-  
ta imo innumerabilia eius felicitatē z gloriā attestantia: ipz  
tū quo ad tps sp̄caliter a trib⁹ cōmendat. Primo a lūma pul-  
chrytudine sive claritate. Secundo a bonor. oīm copiositate.  
Tertio a maxima leticia iungiter durante in eternitate. Nam  
ibi est imensa pulchrytudo sive claritas bonor. infinita copio-  
sitas lūmū quoqz gaudiū z stabillis eternitas. **D**e quibus hic  
p̄ ordinem breuiter dicetur:

**D**e lūma pulchrytudine sive claritate regni celestis.

i. **N** prīmis regnuz dei cōmendat a lūma pulchrytudine  
sive claritate. Nam vt scribitur sap. v. ipsum dicitur re-  
gnū decoris. Hinc est qđ psal. dicit. Dñe dileyi decorē dom⁹  
tue. **Vñ** thobie. xiii. Beatus ero si fuerit reliquie seminis mei.

ad vidēdū claritatē hierlm̄. porte eius ex saphyro & smaragdo  
 edificabunt et ex lapide p̄cioso oī circuitus muroz eius ex la-  
 pide candido et auro mundo oēs platee eius struentur. Item  
 apoc. xxi. Ilsa ciuitas aurū mundū simile vitro mūdo. funda-  
 menta muri ciuitatis oī lapide p̄cioso ornata. duodecim porte  
 duodecim margarite sunt p̄ singulas. et singule porte erūt ex  
 singulis margaritis. et platea ciuitatis aurū mundū tanquā  
 vitrum plucidum. et templū nōbidi in ea. d̄is enī oī templū  
 illius ē et agnus. et ciuitas nō eget sole neqz luna ut luceant  
 in ea. nā claritas dei illuminabit eā. et lucerna eius est agnus  
 et ambulant gentes in lumine eius. Itē apoc. xxii. Mox ultra  
 nō erit et nō indigebūt luie lucerne neqz solis qm̄ deus illu-  
 minabit illos et regnabūt in secula seculoꝝ. Cū quovideat qcordare  
 illud isla. Nō erit aplius ibi sol ad lucendū p̄ dies. nec splendor  
 lune illuminabit te. Sz erit tibi dñs in luce sempiternā. Ipse enī  
 est speculū sine macula. et cādor lucis eterne sicut scribit sap.  
 vii. Itē splēdor gle. ut habeat ad hebre. i. nā splēdor eius ut lux  
 erit. Abacuc. iii. Ab hoc enī splēdore oēs sancti in regno celoꝝ  
 recipiūt lucē et splēdore sempiternū quo assidue felices letā-  
 tur. Dñ iudicū. v. Qui diligunt te. sicut sol in ortu suo splen-  
 detata rutilent. Et ergo dī sap. iii. Fulgebut iusti et tanquam  
 scintille in arundinetō discurret. Item math. xiii. Iusti fulge-  
 bunt sicut sol in regno patris eoz. D̄ quā glorioli est hoc re-  
 gnū et quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū quā magnus  
 decor quā ingens splendor in ciuitate dñi. quā mira claritas  
 quā summa amenitas in patria celesti. Dñ aug. in li. de libero ar-  
 bitrio sic iquit. Tāta est pulchritudo iustitie. tāta est iocundi-  
 tas lucis eterne. ut etiā si nō licet aplius in ea delectari quā  
 vnius diei hora ppter hoc solū innumerabiles huius vite ples-  
 ni deliciis et affluentia bonoz. tpaliū recte et merito despice-  
 rent. Nō enī falso aut paruo affectu dictū est. Qm̄ melior est  
 dies una in atris tuis sup milia. Quare idē aug. in li. de amo-  
 re dei exclamans dicit. O celestis hierlm̄ dom' luminosa ad te  
 suspirat pegrinatio mea. et possideat me in terqui fecit et te et  
 me. Hnde bernar. in omel. super. Missus ē. O quā gloriosum

est illud regnum in quo reges congregati quenerunt in unum ad laudandum scilicet et glorificandum eum qui super omnes est rex regum et dominus dominorum cuius splendidissima gloria platio fulgebat iusti sicut sol in regno patris eorum. Hinc propheta dicit. Adimplebis me letitia cum vultu tuo. Dominus Iacobus xxviii. Videbat faciem eius in iubilatione. Hac faciem omnes respiciet quando fideliter serviet in humilitate cordis in laboribus plurimis ac opibus vestitus. Unde apocrypha. Hunc serviet illi et videbit faciem eius. Nam dominus Isaia xxviii. Regem in decoro suo videbat. Domine propter plus et propter gratiam quam suauem quam beatum erit Iesum tuum videre his qui eum dilexerent. Tunc exclamationem dices illud Abacuc iii. Ego autem in domino gaudebo in deo Iesu meo. Domine quanto gaudebunt quos gaudia summa replebunt. Quos illustrabit quos semper letificabit. Vobis sancta dei splendorum sue facies.

De multiplici honorum copia regni celestis.

**r** Egnus celeste secundum commendat a bonorum omnium copiositate. Dominus Augustinus de civitate dei. Quod deus preparavit diligenteribus semper non attingit. charitate non comprehendit. desideria et vota transgreditur. acquirit potest estimari non. Ita ber. Mercurius statorum tam magna est quod non potest mensurari. tam multa est quod non potest numerari. tam copiosa quod non potest finiri. tam preciosa quod non potest estimari. De his superabundantibus bonis et divinitus ipsius regni celestis scribit deuteronomio viii. Dominus deus tuus introducit te in terram bona terram riuorum aquarum et fontium cuius capsae et montibus erumpent fluviorum abyssi. terram frumenti et ordei et vinearum in qua ficus et malagranata et oliueta nascentur. terram olei et mellis. ubi absque villa penuria comedes panem tuum et rerum omnium abundantia perfueris. Certe hec est terra fertilis copiosissime lacte fluens ac dulcedine mellis. Hec est terra ad quaz explorandum missi sunt filii dan. sicut scribit iudicium xviii. qui redemptores dixerunt. vidimus terram valde opulentam et uberez nolite negligere. nolite cessare. eamus et possideamus eam. nullus erit labor tradetque dominus nobis locum in quo nullus rei est penuria eorum qui gignuntur in terra. Nam oportet quod molestia ibi deest et omne quod

delectat adest. **Vnde** aug. **Eterna beatitudo consistit in duo**  
**bus scz i necessaria absentia omnis mali:z necessaria p̄sentia**  
**oīs boni.** Si enī q̄ris quid ibi est aliter nō p̄t r̄nderi nisi quic  
 quid boni est ibi est quicquid mali est:ibī nūsq̄ est. Et ergo di  
 cit greg. Nihil exterius qđ ibi appetat:z nihil iterius qđ ibi fa  
 stidiat. Ideo scribit apoc. vii. Nō esurient neqz sitient ampli<sup>9</sup>  
 et nō cadet sup illos sol neqz ullus estus. qm agnus dei qui in  
 medio throni est reget eos z deducet illos ad fontes vite aqua  
 rum z ibidem ostendit mihi flumē aque vite. qui sitit veniat. qui  
 vult accipiat aquam vite gratis. qui autē biberit ex hac aqua  
 nō sitiet iterum sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eter  
 nā. vt habeat ioh̄is. iii. D q̄ felix patria. q̄ beata terra ubi de  
 us erit omnia in oībus. z nullus rei est penuria seu aliquis de  
 fectus. Certe hec patria locus est pascue celestis ubi nihil dece  
 rit in quo dominus suos fideles reficiet suauiter ac perpetue  
 collocabit. **Vnde** ezechiel. xxviii. dicit dñs. Inducā eos i terrā  
 suam z pascā eos in montibus israel in riuis z in cunctis sedi  
 bus terre. i pascuis uberrimis pascā eos et montibus excelsis  
 erunt pascua eoz. ibi requiescent in herbis virentibus z in pa  
 scuis pinguiib<sup>9</sup> pascēt sup montes isti. Ipsi enī sancti pascē  
 tur in cognitione summe veritatis. z illa erunt pascua uberi  
 ma. siue ingrediantur ad contemplationis divinitatē siue egredi  
 ant ad considerandū humanitatē. utrobiqz inuenient plenā sa  
 cietatem. iohannis. x. Egregie et ingredie et pascua inueniet.  
 Itē die pascēt in delectatione z fruitione sume suavitatis. z  
 illa erūt pascua pinguis. **Vñ dñ in psal.** Ex adipe frumenti sa  
 tiat te. Adeps hui<sup>9</sup> frumenti est delectatio z suavitas q̄ causā  
 tur ex amore dei. hoc ergo amore sicut adipe z pinguedine re  
 pleatur anima mea. Pascēt etiam in eternitate perpetue se  
 curitatis et illa erunt pascua virentia. nunq̄ enim arescent:z  
 semp virescēt z in pulchritudine perpetua durabūt. ecce qua  
 lis patria z q̄ bona terra ubi tam uberrima pinguis z virētia  
 erunt pascua bonorum. vere hec est terra uiuetum: in qua cre  
 dimus tot z tāta videre bona dñi. **Vñ dñ in psal.** Replebitur  
 in bonis domus tue. Et que sunt illa bona quib<sup>9</sup> sancti reple  
 bunt nisi illa icōphēsibl̄ gl̄a btōy. **Nā** vt dicit ber. i sermone

dedicationis. Ad imaginem dei facta est aia rōnalis. ceteris oī  
bus occupari potest: repleri omnino nō potest. Capacitatē ei  
eius quicquid deo minus est non implebit. Hac ineffabili glo  
ria nō solū implebimur: verū etiā usqz ad sūmū inebriabimur.  
Vñ hiere. xxii. Inebriabo aiam sacerdotum cū pinguedine: et  
populus meus bonis meis adimplebit: ait dñs. Hoc faciet in  
cena magna fidelibus p̄parata. Tūc enī p̄cinget se: et faciet il  
los discubere: et transiens mi nistrabit eis fercula sue glorie. vi  
num mire suavitatis et leticie ipsis exhibendo. tunc dicet illis  
discubentibus illud canti. v. Comedite amici et bibite: et febri  
amini charissimi. Hinc scribit̄ isa. xxix. Inebriamini et nō avi  
no. mouebimini et non ebrietate. Et vñ tunc inebriabunt̄ illi:  
Lerte a gaudio multipli et gloria celesti. O deus eterne q̄  
dulciter et plene tūc fideles tui inebriabunt̄ ab dvertate dom⁹  
tue: et a torrente voluptatis tue. Qm̄ apud te est fōs vite fōs  
indeficiens beatitudinis et glorie. Utiqz hāc domū tuā decet  
sanctitudo dñe in longitudinē dierū. Ipsa enī est domus dñi  
diuitiis reserta. et ciuitas dei nostri bonis oīb⁹ adiupta. Qua  
ppter scribit̄ isa. xxxiii. Oculi tui videbūt hierlm̄: ciuitatem os  
pulentam. Hec ciuitatis opulentia seu honorū copiositas et  
maxime abundantia nō solū patet ex p̄dictis: s̄ etiam sp̄eali  
te rex multitudine eius pacis. in qua delectabunt̄ mansueti q̄  
hereditabunt illā terrā supius exp̄ssam: vñ isa. lv. In leticia e  
grediem̄: et in pace deducem̄. O q̄ta iōius hierbz abundā  
tia pacis cui⁹ impetuū nō erit finis. sicut scribit̄ isa. ix. Item  
eiusoē. xxxii. Sedebit p̄plis me⁹ in pulchritudine pacis in ta  
bernaculis fiducie et requie opulenta. Et g° bñ dr thobie. xiii.  
Hierlm̄ ciuitas dei beati oēs q̄ diligunt te: et qui gaudent sup  
pacē tuā. Nā sicut habet̄ ezechiel. xiii. In tevident sancti visi  
ones pacis. abī pars summa que exupat omnem sensum necnō  
antecedit humanum intellectum. Qui rāte pacis voluerit es  
se particeps eternaliter in celis: discat nūc humiliter pati hic  
in terris. Nam vt scribitur in aurora ad taz preclarām requi  
em patienteō venitur. nec nisi per penas sapiens hac pace pos  
titur.

**D**e maxima et stabili leticia regni celestis.

p **D**æstro regnum dei cōmendaſt a maxima leticia iugiter durante in eternitate. **D**ñ greg. in omelia. Que li-  
guia dicere: aut quis intellectus capere sufficit illa superne ci-  
uitatis quanta sunt gaudia angelorū chorū et beatissimis spi-  
ritibus glorie conditoris assistere presentem dei vultum cerne  
corruptionis munere perpetuo letari. Certe hec est ciuitas dei  
noſtri hierusalem. vrb̄s beata hierlm̄ in q̄: que vt ciuitas edifi-  
catur. **D** ciuitas ciuitatum in qua sunt tanta gaudia et leti-  
ea om̄s qui diligitis eam. gaudete cum ea gaudio vniuersi q̄  
lugebatis ſup eam vt ſuggatis et repleamini ab ubere conſo-  
lationis eius vt mulgeatis et deliciis affluat̄ ab oīmoda gla-  
cius. **D** immensa huius ciuitatis felicitate et gloria ſic dicit  
aug. i.li.de ci.dei. Quanta erit illa felicitas vbi nulluz erit ma-  
lum nullum latebit bonū vacabitur dei laudib⁹ qui erit oīa  
in oībus. **i. sa. lxi.ii.** **D** culus nō vidit deus abs te que p̄parasti  
expectantibus te: q̄ ſctis donaturus es in maxima leticia ppe-  
tue poſſidenda. **D**ñ eiuldē. xxv. Venient in syon cum laude et  
leticia ſempiterna ſup capita eorū. Hic eſt q̄ psal. dicit. Nonit  
deus dies imaculator⁹ et hereditas eorū in eternū erit. Vere ſi  
cut ſcribit thobie. xiii. Magnus eſt dñe ieternū et in oīa ſclā re-  
gnū tuū. **D**ñ aug. de ci.dei. Vacabimus et videbimus et ama-  
bimus et laudabim⁹. Ecce qđ erit i fine ſine fine. Nā quis no-  
ſter finis niſi puenire ad regnū cui⁹ nullius erit finis. Veriſū-  
me regnū tuū dñe regnū oīm ſeculor⁹ et dñatio tua in oī ge-  
neratione et generationē. Et ideo ſcribit thobie. xiii. Benedi-  
ctus dñs qui exaltabit hierlm̄ ut ſit regnū eius in ſecula ſecu-  
lorum ſup eā. **D** q̄ gloriſū eſt hoc regnū in quo cū xp̄o ga-  
ḡz ierit. De quo regno ſeu futuro ſeculo ſic dicit btus augu-  
ſtus de conſuſtione victor⁹ et v̄tutū. Recedat amor p̄ntis ſeculi in  
quo nullus ita naſcit̄ ut non moriat. Succedat amor futuri ſe-  
culi in quo oēs ita viuifican̄ ut deinceps nō moriant̄. vbi n̄lla

aduersitas turbat. nulla molestia inquietat: sed pennis leticia  
ibi regnat. Hinc est quod scribitur in psal. Iusti epulentur et exultent  
in conspectu dei: et delectentur in leticia. Itē isa. xxv. Gaudium  
et leticiam obtinebunt et fugiet dolor et gemitus. Onde apoca.  
xxi. Absterget deus oēm lachrymam ab oculis eorum: et mors ultra,  
tra nō erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra, quia  
priora abierunt. Itē isa. xxv. Auferet deus oēz lachrymā ab oī  
facie et opprobriūm populi sui auferet de vniuersa terra, et dicet  
in die illa: ecce deus noster. expectabimus eūz saluabit nos. ipē  
dñs sustinuumus et letabimur in salutari eius. O quā leticia.  
quā nō solū in aīa: sed etiā in corpore fuerit glorificandū. Onde  
isa. lxi. In terra sua duplicitia possidebunt. Et puer. vlti. Dēs  
domestici eius vestiti duplicitibus. i. stolis duabus quāz vnam  
sc̄z aīe iam possident beati et reliquā videlic̄ corporis expectant  
accepturi. Itē quā nō solū erit gaudium de bonis opibus p̄p̄iis.  
sed etiā de meritis oībus singulis oīm b̄tōuz. Oñ dicit dñs  
hie. xxii. Habitare eos faciā quidēte r. et erunt mihi in pp̄lm: et  
ego ero eis in deum. et dabo eis cordū et aīam. nō b̄nitate sub  
stantie: sed vinculo charitatis. Ecce charissime si aīa martyris/  
confessoris vel virginis et aīa tua tunc erunt vna: consequens  
vide quod illorū gaudium etiam erit et tuum. Simile est de aīa  
ap̄li seu cuiuslibet alterius sancti. Hinc gre. dicit. Tanta via  
charitatis oīns sociat ut bonū qđ quis ī se nō suscipiat in alio  
se gaudeat accepisse. Certe istud admirandū et multiplex gau  
dium in cor hōis non ascendit. Et ergo quilibet totus ipsum  
gaudium introibit et sic gaudium suum plenum erit. Nam int̄  
et extra subtus et supra īmo circunquaqz mirabiliter gaude  
bit. Intus de puritate conscientie. extra de corporis glorifica  
tione. subtus de celi visione et alias creaturarum pulchritu  
dine et innovatione. supra deviatione dei et circūcirca de ange  
lorum et oīm sanctorum iocunda et delectabili associatione.  
Vere vere nemo posset cogitare quod tunc erit exultare tunc in ce  
lis habitare et cum angelis regnare. Et ergo bñ dicit math.  
xxv. Intra in gaudium dñi tui. Nam ipm nō poterit intrare  
cor tuum. De immensitate gaudiorū sic inquit b̄tūs ber. in li.

suarū meditationum. Ibi totū letīcia totum exultatio possidet. hoīesqz angēlis sociati sine vlla carnis infirmitate imperpetuum manebunt. ibi iocunditas infinita. beatitudo sempitna in qua qui semel suscipit semp tenetur. ibi requies a laboribus. par ab hostib⁹. amenitas de nouitate. securitas de eternitate. dulcedo et suauitas de dei visione. Et quis illic habiteremus nō desiderat et ppter pacem et ppter amenitatem et ppter eternitatē et ppter dei visionem. Item dicit ali⁹ ad hoc idē bern. Tanta est iocunditas et suauitas illius patris celestis q̄ si nō liceret ibi esse nisi per vnius hore spaciū: omnes dies huius vite pleni deliciis merito contemerentur cui comparata omnis aliunde suauitas dolor est. omnis iocunditas meror. omne dulce amarum. omne decorum fetidum et omne aliud quicquid delectari possit molestū: cū dei bonitas ī infinitum excedit oēm aliam bonitatē. O bone deus quid mihi est in celo et a te quid volui sup terrā cum hec omnia sint de siderabilia super aurū et lapidē p̄ciosum multū et dulciora valde sup mel et fauum. O quid dicemus de hac patria quid de hierusalem vbe tam beata per cuius vicos (sicut scribitur thobie. viii.) icessanter iocunde et dulciter cantat̄ alleluya. O n̄s iſa. li. Gaudium et leticia inuenietur in ea gratiarū actio et vox laudis. in templo enī eius omnes dicent gloriam et vere merito exultationis et salutis resonet in tabernaculis iustorum. Nam in ciuitate domini ibi sonant ingiter organa sanctorum qui tribulationū et penarum laborūqz et oīm misericordiū penitus iam obliti p̄suuntur iubilo celesti. O q̄ letabunde q̄ sua uiter et preclare tūc canet in g. la. sol. in gamant fa. vt et are. De hac ciuitate loquit̄ adhuc bern. in li. suarū meditationuz. O ciuitas celestis mansio secura patria totū otines quod delectat. ibi incole quieti. popul⁹ sine murmure q̄ gloriola dicta sunt de te ciuitas dei. sicut letantiū oīm habitatio est in te. ibi par pietas benignitas lux. virtus honestas splendor. gloria laus. requies amor et cordia dulcis. gaudia. leticie. dulcedo. vita pennis. De hac autē penni vita bti erūt certi et securi: q̄ nūq̄ imppetu erit amittēda. O n̄s iſa. xxxii. Securitas erit vsqz ī sem

piternū. Itē ezechiel. xxxiiii. Habitabunt confidenter absqz vi  
lo timore. Et puer. i. Qui me audierit absqz timore requiesceret  
et abundantia p̄fueſ: malorū timore sublato. Dñ aug. Beati-  
tudinem oīm bonorū celestiorū pficit securitas eterna. que si fo-  
la deeslet: rōia bona celestia q̄tūcunqz dulcia vanescerent et vi-  
lescerent ex timore amittendi. Et ideo assecurando dicit b̄tūs  
iohānes. viii. Haudū vestrū nemo tollet a vobis. D domus  
dei ciuitas regis magni. q̄ innumerabilia q̄ grandia et etna-  
lia sunt cūcta gaudia tua. q̄ multe leticie q̄ felices tui incole.  
verebere beati qui habitant in domo tua dñe. nā in secula se-  
culorū laudabunt te. Quis enī ignorat cōpos sue mētis q̄ ce-  
tus in excelsis te laudat celitus oīs. Huius aut̄ leticie seu cele-  
stis glorie ppetuitas indeficiēs ex hoc ppndit. q̄ oīlie compa-  
parat. Dñ ozee. xiii. Erit quasi oīua gl̄a eius. Oīua enī inde-  
ficienter tā in hieme q̄ in estate semp̄ virescit. et ideo indefecti-  
bile et eternā isti⁹ gl̄e pmanentiā designat: q̄ ex diuturnitate  
nō deficit sed magis innouatur. De hac eterna gloria sic dicit  
crisost. in libro de reparatione lapi. Que erit voluptas que le-  
ticia esse cum ip̄o cum aīa ad ppriam generositatem regressa-  
cū iam fiducia ceperit diuum suū videre: explicari nō potest il-  
lius leticie magnitudo. Nō enī quis solū p his exultat quibus  
fruitur tunc in p̄tī:z multomagis p eo gaudet: q̄ bonorum  
suorū scit nullum fine futurū. Et quis erit particeps tāte glo-  
rie sue sine fine p̄mansure? Certe gloria hec est oībus sanctis  
suis. Nam sancti ipsius exultabunt in gloria letabunt in cu-  
bilibus suis. Dñ qui ip̄isti vestigia fuerint secuti in terris cu-  
ip̄o regnabunt gloria et honore coronati eternaliter in celis.  
D dilecte mi q̄ ineffabiliter tunc gaudebis: si ad illa gaudia  
in eterna gloria fueris translatus. tunc vtiqz dices exclaman-  
do illud isa. lxi. Haudens gaudebo in domino meo et exulta-  
bit anima mea in dño meo quia induit me vestimentis salutis  
Verissime sicut scribitur iob. xxii. Tunc super omnipotentem  
delicis afflues et eleuabis ad deum faciam tuam et in viis ro-  
gabis eum et eraudiet te et vota tua reddes: discernes rem et ve-  
niet tibi. et in viis tuis splendebit lumē. De quo habetur eccl.

xi. Dulce lumen et delectabile est videre sole. i. xpm quem cognoscere et iugiter intueri excellit omne gaudium huius mundi. nec mirum. Nam eius visio et noticia est sanctorum gloria et vita sempiterna. Hunc est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti iesum xpm. qui ad hanc cognitionem peruenierit ipm deum facie ad faciem videbit et cognoscet eum sicut est secundum esse divinum quod erit gaudium excellentissimum fons et origo omnium gaudiorum. Hinc est quod ber. dicit. in sermone. Reuera illud est verum et summum gaudiu[m] quod non est de creatura sed de creatore concipitur. quod utique fit et cum offendet tibi faciem suam. Et ergo propheta exortando dicit. Faciem tuam domine requiram. faciem inquit gloriosam omnibus gaudiis et deliciis plenam. Heu mihi quia incolatus meus plongatus est. quoniam diu carebo tanto bono. et visque quo sic substrahor a deo salutari meo. Fuerunt mihi lacryme mee paues die ac nocte dum dicitur mihi quotidianus ubi est deus tuus. quando videbo gloriam domini. quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. Qui letificat me in gaudio cum vultu suo. Vere charissime hec est illa visio qua dominus noster iesus christus facie ad faciem sic videtur. Tertium celum est et dici potest paradisus. ubi ex fonte liquidissimo et ex aqua sic vina sic vita labitur beata. Hinc est quod scribitur isa. lx. Tunc videbis supple faciem dei et afflues deliciis et gaudiis sempiternis et mirabitur et dilatabitur cor tuum. Domine bonus israel deus his qui recte sunt corde. qui tot et tanta gaudia quasi gratis vult conferre. Domine predilectissime ista tu libens audis et ad hec pia gaudia planis. Non tamen ignores per magnos ista labores sanctis adquiri. nec fortuitu reperiri. Domine beatus gre. in omelia. Delectat me tem magnitudo prelatorum. sed non deterreat certamen laborum. Ad magna enim premia pueniri non potest nisi per magnos labores. Unde paulus egregius predicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. unusquisque enim propria mercede accipiat secundum suum laborem. Sed plerique sunt qui nolentes bene vivere. tamen desiderant bene mori. Scilicet enim quod preciosa est in aspectu domini mors san-

ctorum eius. etiā q̄ cognoscūt q̄ cū dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini. Similiter et ipsi sciunt q̄ h̄c mori tui qui in dñō morimur. volunt esse p̄ticipes cuz eis quib⁹ dñs dicit. Hos estis qui mansistis mecum in temptationibus meis. volunt corregnare p̄pō:z nolunt secuz pati. Talis erat balaam arriolus. qui considerās castra filiorū isti' et intelligens eterne be atitudinis repromotionē eis a dñō factā dicebat. Moriat aia mea morte iustorū et flant nouissima mea horū silia. fine eoruū appetens gloriosum/z labores abhorrebat quibus glām me rebant. O bone iesu volumus tibi omnes cōregnare. nolum⁹ tamen copati et tecuz laborare. tu elegisti paupertates et miseri as nos vero voluptates et delicias. tu quod carni asperuz nos aut̄ quod cōmodius. ut dicit bern. Nascitur dei filius in cuius arbitrio erat quodcūq; pellet eligere tempus elegit quod molestius est p̄sertim parvulus et paupis matris filius q̄ vix pā nos haberet ad innoluendum/p̄sepe ad reclinandū. et cuz tan ta esset necessitas nullam audio fieri peccatum mentionē. xp̄us vtigz qui nō fallit elegit carni quod molestius ē. Id ergo melius id utilius id potius eligendū. et q̄squis aliud suaserit aut docuerit ab eo tanq; seductore cauendum est: ipse enī sciens ē p̄missus olim per isayā. Parvulus sciens reprobare maluz et eligere bonum. malum ergo voluptas corporis. bonuz vero afflictio est eiusdem. Si liquidem et hanc elegit et illam reproba uit puer sapiens rerum infans. Hec omnia ber. O dilecte puer tu elegisti corporales afflictiones. Et patiendo voluisti intra re gloriam tibi p̄priam sed nos in deliciis vivendo volumus intrare gloriam alienam. Contra quos loquitur h̄c hiero. sic dicens. Si xp̄m dominum et regem cui est nomen sup omne nomen oportuit pati et ita intrare in gloriam suam quā fiducia habemus nos intrare sine labore gloriam alienam. O q̄ stulti sumus et tardi corde ad credendum. Volumus hic gaudere cum seculo et postea regnare cum christo. dominus nudus ereditur seruus superfluitate vestium auri et gemmarum omnibus introibit ille ieunus. iste crapula et luxuria plenus ille in cruce pro isto moriens iste in lecto delicate dormies. quod

dñs nō fecit faciet hoc seruus? Certe nō.nec etiam videtur cōsonum rationi. Nam sicut dicit hiero.in ep̄la ad iulianuz/difſcile īmo impossibile eſt vt p̄ſentibus quis fruatur bonis ſu-  
turis. vt z hic ventrem ibi mentē replete: vt de deliciis ad de-  
licias tranfeat z in vtrqz ſeculo p̄imus ſit. vt in terra z in ce-  
lo appareat glorioſus. Itē dicit hiero. ſic in alio libro. Impos-  
ſibile eſt dinitiis affluere et r̄pm ſequi. Natura denegeat vt cō-  
traria miſceantur. non poſſumus deo ſeruire z māmone. aut  
ego fallo: aut ipſi in fine decipientur qui mihi non credit. cū  
diuitie ſue tranſierint in egestatem. diues epulabatur quoti-  
die hic ſplendide induitus purpura z byſlo ſed mortuus quod  
noluit credere poſtmodoſ ſentit in tormentis poſitus. Itud  
etiam videtur innuere ber. in colloquio ſimonis petri z ielu. v  
bi taliter inquit. Abraham ait diuiti epulanti. tu recepisti bo-  
na in vita tua z lazarus ſimiliter mala. nunc hic cōſolatur: tu  
vero cruciaris. Quid dicemus ad hec? Si talis eſt finis z tale  
iudicium vbi extrema gaudii luctus occupat: nunq̄ preferen-  
da ſunt in hoc ſeculo mala bona. Quippe nec illa vera bona  
nec iſtavera mala eſſe maniſtum eſt. vera potius ſententia  
ſalomonis. Melius enim eſt ire ad domuz luctus quā ad do-  
mū conuiui. Eteruz ſi ſic cruciandi ſunt qui in vita ſua bo-  
na receperunt z habentibus cōſolationem preſentem ve re-  
poſitum eſt ſempiternum / quiſnam eorum poſterit eſſe finis  
ſi ſedm multitudinē cōſolationum ſuaz dolores app̄henderit  
aīas miſeroy. Conſeqns eliū videt ut bona oīa et oīem huius  
ſeculi recipientes qſolationē nihilominus vniuersū ve z vni-  
uersi maneant cruciatus. At vero z illud eque abrahe z eadem  
ſuā coiicitandū videt oēs q̄ otrario duci ſpū vite p̄ntis oīa  
bona dñi habituros qſolationē. Hec oīa ber. vbi ſupra. Reni-  
at igī qſolari aīa tua in hac lachrymarꝝ valle in terra laboris  
et miſerie. Nā ve oībus q̄ recipiūt hic qſolationē ſuā. Contem-  
ne transitoria fugeqz delicias z gaudia mundana. Tibi enim  
abſit gloriari niſi in cruce dñi nr̄i ielu r̄priſti. Vn̄ pe.bleſeu. ſu-  
per iob ad regem anglie ita dicit. Putas ne q̄ aliquis in p̄nti  
vita gaudeat z futura. ſi tū gaudiuz debeat dici quod turbat  
e iii.

assidue et respergit amaritudine p̄nti? Nimiris dlicatus es sibi  
trūqz presumis. vtī seculo: frui xp̄sto. p̄ntis mudi delicias ea  
pere: et nihilomin⁹ celestis glorie diuitias obtinere. Audi quid  
dictum sit illi diniti in euangelio qui cruciabat in flāma et lin  
gue ardantis refrigerium postulabat. Fili recordare quia rece  
pisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. ideo hic q̄solat  
tu vero cruciaris. O q̄ dissimile premium. merito possumus  
reputare insanos sanctissimos reges et p̄phetas. ap̄los. mar  
tyres. q̄fessores. teneras ac delicatas virgines. qui om̄s sp̄te  
diuitias et conculcatis deliciis huius mundi seipsoꝝ pro xp̄sto  
tribulationi et morti obtulerunt: si gl̄am quā adepti sunt i an  
gustia et dolore potuissent in voluptatib⁹ obtinere. Hec ille pe  
trus. Vere frater vere quicquid dicatur. firmiter hoc tene q̄ ce  
lū nō aliter sc̄des: nisi qđ docuere discipuli teneas. moribus.  
ore. fide. Et quid docuerunt illi? Nonne sobrie et iuste viuere?  
humilitate et patientiā et charitatē et q̄stantiā ac p̄tutes cete  
ras totis virib⁹ retinere mundū et q̄ mundi sūt despicerē diui  
tias et delicias fugere. p̄niam agere in tribulationibus et milie  
riis letari et gaudere? Tu quoqz fac sūliter et viues. estoqz for  
ti animo in oībus laboribus angustiis et penis. In primo ei  
est q̄ a domino cureris. labora fortiter sicut bonus miles iesu  
xp̄sti. et ne cogita intra temetipm aliquando sic dicens. mul  
tus et immensus est labor meus. Ego aut̄ sum minimus et in  
firmus valde: nec valeo in hoc p̄posito finaliter perseverare. Au  
di verba hiero. in apla sic dicentis. Nullus labor durus. nullū  
tempus longum videri debebat: quo gloria eternitatis adqui  
titur. Dñ criso. sup math. Si q̄s viā laboriosus estimat sue de  
sidie est accusator. si enī minaces pelagi fluctus nautis. si tē  
pestates atqz hyemes agricolis. si vulnera cedesqz militibus.  
si grauissimi ictus plageqz pugilibus leues videntur: et tolera  
biles sunt. ppter spem tpalium ac peuntū cōmodorū: multo  
magis cuꝝ celū p̄parat i pmū: nihil ex p̄ntibus aspitatib⁹ est  
qđ debeat sentiri maxime labores mitigant in benignū: venie  
finē ne aspiciamus q̄ via est aspera: h̄ quo dicit. nec aliā q̄  
lata est sed ubi desinat. Certe iam video q̄ dormientibus non

puenit regnū celoz. nec ocio nec desidia torpentibus beatitudine  
 eternitatis ingeritur. vt dicit leo papa in sermone. Sed si-  
 cut dicitur mat. ri. Regnū celoz vim patitur et violenti rapiunt  
 illud. Dñ quidam. De regno celoꝝ non credit mente fideli. In  
 sippiens et hebes: sed tu bene credere debes. xristo dicenti: rapi-  
 unt illud violenti. Hęz austeri se castigādo seueri. Mollia sper-  
 nentes et carnividim facientes. Item dicit alius poeta. Asper e-  
 rit vixtus asper labor asper amictus. Aspera cuncta tibi: si vis  
 super ethera scribi. Ecce iam patet manifeste q̄sicut scribitur  
 act. xiiii. Per multas tribulationes oportet nos intrare in re-  
 gnum celorum. D q̄ bene attendebat beatus aug. q̄non nisi  
 tormentis itur ad astra dei. Hnde dicit. D anima mea si quo-  
 tidie oportet nos tormenta perferre si ipsam gehennaz lōgo  
 ius sociari nonne ergo modo dignum est pati omne triste ut  
 tanti boni tanteqz glorie participes habeamur? Insidentur  
 ergo demones et parent suas tentationes frangant corpus ie-  
 funia premant vestimenta cılıcina labores grauentz vigilie-  
 clamet me iste inquietet me ille frigus contrahat calor adu-  
 rat caput doleat pectus areat inflet stomachus palecat vul-  
 tus infirmetur homo totus deficiat in dolore vita mea et an-  
 ni mei in gemibus. Ingrediatur putredo in ossibus meis et  
 ad populum accinctū nostrū. Item petrus bleſen. Fatiscant  
 mēbra mea vigilis exteduntur ieunius labore frangantur  
 liquescant in lachrymis oculi imo si totum corpus et medulle  
 corporis in fletum affluant: non sunt tñ condigne passiones  
 huius temporis ad futuram gloriam q̄ reuelabit̄ in nobis. D  
 deret esse nihil. Ecce q̄ et q̄ta sunt hilariter pro deo sustinenda  
 libenter ergo sustine et gaudenter patiare. Exemplum acci-  
 pe in latronibus maleficiis in mortem diiudicatis qui gaude-  
 rent vehementer si pro auricula absindenda possent euadere  
 mortē corporalē. Tu quoqz gaude siliter letare. nam cū par

ua penitentia potes euadere morte anime et adquirere gloriam  
eternalem. **D**ñ eccl. vi. Exiguū laborabis. ecce pnie paruitas.  
et cito de generationibus illius id est de fructibus glorie q̄ ge-  
nerantur ex labore pnie. **I**tē sap. iii. In paucis vexati. ecce la-  
boris exiguitas. i multis bene disponent. Ecce magna remu-  
neratio et pniū que ex inde cōsequunt̄. **D**ñ beatus effrem sic i-  
quit. Modicus est labor institutiōis nostre fratres charissimi:  
et magna est requies. parui temporis ē afflictio. s̄ retributio  
eius videlicet delicie paradisi et exultatio et leticie in seculuz se-  
culi permanebunt. **I**gitur dicit sap. eccl. vlt. **V**idete oculis ve-  
stris quia modicum laborauit et inueni mihi multam requie.  
et sic clare patet q̄ breuis est labor et pnia multa laboris. **F**ac  
ergo libenter et voluntarie immortalis futura pro vita perpe-  
tue duratura; que grafanter faceret homo moriturus p vita  
temporalis ad modicum differenda. et ideo finaliter concluden-  
do patet aliqualiter ex superius allegatis q̄ hec nouissima vi-  
delicet mors iudicium gehenna et gloria. omnes qui continu-  
am et iugem habent memoriam balde et multipliciter reuocat̄  
a peccatis. sed pauci ista ponderant et rarissime ea cogitant  
seu considerant. omnes putant diu vivere et in senecta ubere  
penitere. indicem placare. infernum fugere. Et sic celeste glo-  
riam in deliciis viviendo et ociosis tandem adquirere et eternaliter  
possidere. **N**ō sic impii nō sc. Hoc argumentū nō ocludit: imo  
fallit et illudit prout satis lucide patet p predicta. **E**t igit̄ om-  
nes seducim̄. et nisi priam egeritis. simul peribitis et moriem̄  
ni in peccatis vestris. **D**ñ scribitur eccl. ii. **S**i pniā nō egeri-  
mus: incidentis in man⁹ dei et nō in man⁹ hoīm. **S**ed proth-  
dolor quis penitet? quis peccata deflet? q̄s subuenit paupi?  
quis miseretur iopi? quis cōpatit miseris? quis cogitat de fu-  
turis? nemo penitus. **N**az vere tota generatio prava est atqz  
peruersa que non direxit cor suū in bonum: imo potius in ma-  
lum. om̄s terrena sapiūt et q̄ sua sūt q̄rūt nō que iesu xp̄isti.  
munera diligūt. vtutes fugiūt. et sicut iumenta in stercoribus:  
sic et ip̄i in pctis multiplicibus miserabiliter cōputrescūt. cor-

37

rupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis.  
Nam dñs de celo p̄spexit sup filios hominum vt videat si est  
intelligens aut requirens deum. Sed oēs declinauerū simul  
inutiles facti sunt. nec est qui faciat bonū vix etiā usqz ad vnu  
Ecce iam impletum est tempus iam aduenit ille mudi mise-  
rabilis status. De quo michee. vii. ita pphetae. Periit sanct⁹  
de terra et rectus in oībus nō est. om̄s enī in sanguine insidi-  
antur. vir fratrē suum venatur ad mortem. malum manuum  
suarum dicunt bonuz. qui optimus est in eis quasi palyurus.  
et qui rectus. quasi spina de sepe. Quid plura. Nolunt scire et  
intelligere vt bene agant. nec oculos aperire vt clare videant.  
sic excecauit eos malicia ipsorū. O stulta malicia o mala stul-  
ticia. voluntarie vitam fugere mortem diligere spernere bo-  
num agere malum. deūqz contemnere demoni obedire. Cha-  
rissime cur pprio caput ense secas. Cur spōte cathenas demo-  
nis incurris. Cur sua iussa facis. Exurge exurge euigila et vi-  
de. relinqu diabolum fuge demonuz ne postea cum ipsis e-  
ternaliter condemnneris. Miror et amiro q̄ homo qui pre cete-  
ris est creatura rationalis in nullo quasi sequitur iudicuz ra-  
tionis spernens salubria affectans noxia querens et deside-  
rans nociva et mortifera. O deus eterne q̄ causa talis demen-  
tie que ratio tante fatuitatis et insanie. Cur anime morte-  
tam prono corde requirunt. Cur sibi quod tollit viuere captat  
homo. Vere vere absqz consilio est et absqz prudentia. Heu v-  
tinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.

Hic postremo annexunt̄ tituli quattuor nouissimorum.

Primum nouissimorum est de morte corporali.  
Quod mors facit hominem se humiliare.  
Quod mors facit omnia contemnere.  
Quos mors facit hominem pñiam acceptare.

ca.i.  
ca.ii.  
ca.iii.  
c. i.iii.

- Scdm nouissimorū est de extremo iudicio. ca.i.  
 Qd iudicij timendū est ppter mltiplicē accusatiōem. ca.ii.  
 Qd iudicij timendū est ppter reddendā rōem. ca.iii.  
 Qd iudicij timendū est ppter siue plationem. ca.iiii.
- Tertiū nouissimorū est de inferno. ca.i.  
 Qd multimoda est nosatio locorū infernalium. ca.ii.  
 Qd multimoda est afflictio sodaliū infernorū. ca.iii.  
 Qd varia est conditio infernalium tormentorū. ca.iiii.
- Quartū nouissimorū est de celesti gloria. ca.i.  
 De summa claritate regni celestis. ca.ii.  
 De multiplici bonorū copia regni celestis. ca.iii.  
 De maxima et stabili leticia regni celestis. ca.iiii.

*F. Smys L. Libri gryphon*

Libellus quattuor nouissimorum finit feliciter.



*Non omni breviter credidimus nisi credidimus  
 Non omni breviter credidimus: sed  
 Namq; in rebus deo punit*

*autem dicitur: tunc  
 non omni breviter credidimus: sed  
 Namq; in rebus deo punit*

*F. Smys L. Libri gryphon*


58


labor improbus dicitur. Vni sit  
Non facit suum mollis vicianda sitio sitia vito  
Illa sed a fiduo parta labor vanitatem.





4347





3

